

PRAEFATIO ED. III.

omnino vagis in sermocinationibus aliquando substituitur. Significatum *sensitui* ipse expresse fixeram. Longe tamen alium affingit et huic vocabulo bonus vir, quo germani non nunquam crassa vel pingui minerua turpius cule, vel etiam obscenius dicta per iocum a iunt oppido sensitua. Post ternam eiusmodi tam verborum, quam significationum inflexionem malignam frigide iocatur, non in mea, quae noluit intelligere, sed in laruam ab ipso fictam, quam meam non aequus edicit esse sententiam. Ego vero fileo. Neque nunc verbū de lite misella scripsisse, nisi visus essem aliis, qui me non nouerunt, negotiorum grauiorum caussam p̄ae me tulisse, dissimulans forsan armorum, quibus memet ipse defende rem, inopiam. Quainobrem hanc occasionem meam facio, qua publice deum immortalem obtestor, ne mihi tantum vñquam otii concedat, quod per litigia huius furfuris, quando mihi mouentur, terere, dilapidare, perdere licet: ne vñquam eo vsque patiatur apud me deprivi veri honoris ideam, vt aliquando mihi videatur huius interesse, qualibuscunque d̄ctis in me vel scriptis vt armatus ipse statim procedam obuiam, et bella ducam nullos triumphos habitura. Si quando retundendi sunt impetus licentius peccantes, non deerunt, sicuti nec defuerunt hucusque publica cum gratiarum

b 5

actio-